

## CAPUT II.

## De subjecto cui datur praceptum.

## DUBIUM I.

## Quae Personae praceptis obligentur.

153. *An ad leges obligentur ebrii, infideles, ignorantes, etc.* — 154. *An legislator teneatur ad legem.* — 155. *Quando pueri obligentur ad leges ecclesiasticas.*

Soli subdi-  
tatione ut-  
tentis li-  
gantur.

153. — « Resp. Soli subditi ratione uten-  
tes obligantur, ita ut eorum transgres-  
sione peccent. Quod addo, propter ebrios  
et ad tempus amentes; qui, etsi vere iis  
obligentur, eorum tamen violatione non  
peccant, defectu advertentiae rationis et  
consensus. — Pars prior est commu-  
nis et certa: Filiuccius<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>,  
Laymann<sup>3</sup>. — Posterior est eorumdem.  
Cujus ratio est, tum quia praceptum,  
cum sit directivum, supponit usum ra-  
tionis; tum quia obedientia tantum est  
eorum, qui ratione et voluntate utuntur.  
Neque alias transgressio ad culpam im-  
putari posset ».

Aliud non  
teneri, aliud  
excusari.

Pro majori claritate, notanda est re-  
gula: Aliud est, ad legem *non teneri*; si-  
cuit non tenentur ad leges ecclesiasticas  
infideles, pueri, amentes. Aliud a lege *ex-  
cusari*; sicut excusantur ebrii, ignorantes,  
dormientes. — Hinc est peccatum praebere  
carnes in die vetito secundis, non  
vero primis. Sicut etiam peccatum est incitare  
omnes istos ad aliquid malum jure  
naturae.

<sup>1</sup> Tr. 21, n. 426. — <sup>2</sup> Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 1, 4, 5. — <sup>3</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 1 et 3. — <sup>4</sup> 1<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 96, art. 5, ad 3. — <sup>5</sup> Siles., v. Lex, quer. 14. — <sup>6</sup> Sanc., de Legib., lib. 3, cap. 35, n. 4 et 15. — <sup>7</sup> Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 14 et 19. — <sup>8</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 9, n. 2 et 3. — <sup>9</sup> Azor., part. 1, lib. 5, cap. 11, quer. 1. — <sup>10</sup> Tr. 21, n. 426. — <sup>11</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 37 et 45. — <sup>12</sup> Sotus,

« Unde resolves hos casus:

154. — « 1<sup>o</sup>. Legislator non tenetur suis legibus ut sic, quoad vim coactivam et poenam, sive directe. Indirecte tamen, et quoad vim directivam et ex aequitate quadam, tenetur se, tanquam caput, membris conformare. Ita S. Thomas<sup>4</sup>, Silverster, Suarez, Bonacina, Laymann<sup>5</sup>, contra Azor. Tenetur etiam in contractibus cum reliquis, pari conditione uti. Vide « Filiuccium »<sup>6</sup>. — [Ita ex communi, Salmant.<sup>7</sup>].

Num autem legislator teneatur ad suam legem, sub gravi, vel levi? — Alii dicunt sub gravi, sicut lex alios obligat; ut Soto, Laymann<sup>8</sup>, Vasquez, etc. apud Salmant.<sup>9</sup>.

— Sed probabile est, praeciso scandalo, tantum teneri sub levi; quia tantum ex honestate obligatur ad legem: ita Salmant.<sup>10</sup> cum Lessio, Azor, Bonacina, Palao, etc. Limitatur tamen, si lex lata sit de taxatione pretii vel de irritatione contractus; tali legi enim tenetur stare etiam princeps, ad servandam aequalitatem<sup>b</sup>. Vide Salmant.<sup>10</sup>.

de Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 7. — <sup>12</sup> Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 167, cap. 3, n. 17. — <sup>13</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 38. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 42. — <sup>15</sup> Less., lib. 2, cap. 33, n. 34. — <sup>16</sup> Azor., part. 1, lib. 5, cap. 11, quer. 1. — <sup>17</sup> Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 23. — <sup>18</sup> Palaus., tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 1, num. 5. — <sup>19</sup> Tract. 11, de Legib., capit. 3, num. 43 et 44.

Legislator,  
quoniam te-  
neatur.

Per se te-  
neatur sub  
levi.

Limitatio.

154. — a) Laymann ex parte tantum con-  
sentit. Dicit enim, lib. 1, tr. 4, cap. 9, n. 3, non facile ab hac sententia esse recedendum, sed *ibid.*, v. f., ad sententiam S. Alphonsi ac-  
cedens, subdit: « Fateor tamen, quod legis obligatio minus directe in legislatore quam in subditos cadat... Quare facilius etiam a mortali peccato excusari poterit legislator, si legem

propriam violet, cessante scandalo ». Quam restrictionem Salmant. non animadverterunt.

b) Notant tamen auctores allegati, scilicet Bonacina, n. 15; Palaus., n. 8; et ipsi Salmant., n. 43, quod si princeps in testamentis solemnitatem requisitam non servet, censetur secum ipse dispensare, proindeque testamentum valere; et idem esse in contractibus di-

Non bapti-  
zati, haere-  
tici.

« 2°. Infideles non baptizati, etiam ca-  
« tecumani, non obligantur praecepsit  
« Ecclesiae: obligantur tamen haeretici et  
« alii, qui per baptismum Ecclesiae semel  
« sunt subjecti ».

155. « 3°. Etsi pueri ratione utentes legi-  
bus iis Ecclesiae, quarum materia eorum  
aetati est conveniens, v. gr. confessionis  
annuae, secundum Navarrum, Henriquez  
et Azor; item abstinentiae a carnibus,  
auditionis sacri, secundum Sanchez, etc.,  
obligantur quoad culpam; non tamen  
quoad poenas ordinarias; nisi sint pu-  
beres, quales sunt masculi anno decimo  
quarto; puellae, duodecimo absoluto. —  
Ita Sotus, Vasquez <sup>1</sup>, Sà <sup>2</sup>.

Quaeritur: an pueri, statim ac perve-  
nerint ad usum rationis, teneantur ad le-  
ges ecclesiasticas audiendi sacram, absti-

*Navar.*, Man., cap. 21, num. 33. - *Henrig.*, lib. 4, cap. 5,  
n. 2. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 29, qu. 6. - *Sanch.*, Decal.,  
lib. 1, cap. 12, n. 6. - *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 1, art. 3, v. f. —  
<sup>1</sup> In 3 part., qu. 90, art. 2, dub. 4, n. 2. — <sup>2</sup> V. *Censura*,  
num. 2 (edit. genuin.); et v. *Confessio*, n. 3. — <sup>3</sup> Decal.,  
lib. 1, cap. 12, n. 6. — <sup>4</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 4. —  
Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 52. - *Palaus*, tr. 3, disp. 1,

*nendi a carnibus vel lacticiniis, et confi-  
tendi?*

Affirmant Sanchez <sup>3</sup>, Laymann <sup>4</sup> et Sal-  
mant. <sup>5</sup> cum Palao, Bonacina, Salas <sup>6</sup>, etc.  
Atque peccare dicunt parentes, qui negli-  
gunt impletionem ipsorum. Et regulariter  
ajunt hunc usum rationis judicandum ad-  
venire, expleto septennio. Admittunt tam-  
en pueros ante pubertatem non obligari  
ad poenas <sup>6</sup>. Nec ad communionem ante  
decennium, nisi in articulo mortis, si sit  
usus rationis; ut Salmant. <sup>7</sup>. — Negant  
vero S. Antoninus <sup>8</sup>, Sotus, Sà, Henri-  
quez <sup>9</sup>, Marchant <sup>10</sup>, apud Salmant. <sup>8</sup>, dicen-  
tes, non teneri statim, sed post aliquod  
tempus. Hoc tempus, Sà ait esse tempus  
pubertatis; Sotus vero <sup>11</sup> et S. Antoninus <sup>12</sup>  
dicunt saltem esse decimum annum, vel  
nonum cum dimidio in foeminis. Sed haec

punct. 24, § 2, n. 5. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1,  
punct. 6, n. 8. — <sup>6</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 50, i. f. —  
<sup>7</sup> Tr. 4, de Euchar., cap. 7, n. 15 et seqq. (pro n. 18, le-  
gantur edit. Lugdun. 1679 et Matriten. 1752). - *Sotus*, in 4,  
dist. 12, qu. 1, art. 11, v. f. vers. *Sed si quaeras*. Cfr.  
dist. 18, qu. 1, art. 3, v. f. - *Sà*, v. *Confessio*, n. 3 (edit.  
genuina). — <sup>8</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 51. - *Sà*, loc. cit.

cunt Salmant. et Bonacina, dum Palaus, n. 7,  
putat dicendum esse: vel principem secum di-  
spensare, vel neutrum ex contractu obligari.

155. — <sup>a)</sup> Salas parum videtur sibi constare:  
scribit enim de Legib., disp. 14, sect. 13,  
n. 127, v. *Dico* 2°, omnes teneri ad legem  
annuae confessionis et paschalis communionis,  
« cum ad annos discretionis pervenerint »; at  
v. *Dico* 3°, negat istud esse intelligendum eo  
sensu, « ut statim ac puer peccare potest, seu  
est doli capax, seu ratione utens, teneatur con-  
fiteri et Eucharistiam sumere, nempe circa  
septennium ». Quod tamen deinde ex parte  
rejecere videtur, dum scribit *ibid.*: « Pueri  
praecepto confessionis obligantur statim ac  
sunt doli capaces; et ante duodecimum, imo  
et decimum aetatis annum, coguntur a car-  
nibus et aliis cibis vetitis abstinere ».

<sup>b)</sup> Vide notam e infra.

<sup>c)</sup> Henriquez non satis accurate citatur a  
Salmant: etsi enim lib. 8, de Euchar. cap. 42,  
n. 4, absolute negat pueros ad leges Eccle-  
siae obligari, statim ac rationis usum attige-  
rint, id tamen intelligit solum de communionis  
praecepto, quod majorem requirit discretionem;  
ad praeceptum vero annuae confessionis  
statim teneri docet pueros, *ibid.*, in com.,  
lit. u. Et idem tenet lib. 4, cap. 5, n. 2.

<sup>d)</sup> Marchant, de praecepto audiendi sacram  
loquitur, de quo haec in *Resolut. pastor.*, tr. 4,  
cap. 6, qu. 2, scribit: « Illos tamen [pueros]

statim ac usus discretionis incipit, dicere obli-  
gatos sub peccato mortali, videtur mihi rigi-  
dum. Tum quia Ecclesia, pia mater, non vi-  
detur velle obligare statim ac potest; tun-  
quod practice videamus majorem partem pue-  
rorum, etiam decimum annum attingentium,  
in ecclesia stare tempore missae, huc illuc cir-  
cumspiciendo, sine attentione requisita; aut  
etiam sociis corridere, colloqui, nugari, nec  
vivit praecepti talis apprehendere.... [Et] licet  
in rigore loquendo, sufficientem aetatem et  
discretionem haberent ad aliquod peccatum  
mortale committendum, non videtur tamen  
Ecclesia, tanta sub obligatione seu vinculo tam  
arcto, eos velle statim obstringere, donec per-  
fectiore rationis usum assequantur, divina  
mystera plenius apprehendant, et obligatio-  
nem ac attentionem, qua illis interesse oportet,  
plenus intelligent ».

<sup>e)</sup> Sotus et S. Antoninus non recte a Sal-  
mant. citantur: Sotus enim, loc. cit., assignat  
duodecimum annum: quam sententiam, sicut  
et sententiam Marchant, Croix dicit passim  
rejici et esse contra fidelium proxim. — At  
S. Antoninus, part. 2, tit. 9, cap. 8, § 2, re-  
fert quidem aliorum opiniones; sed ipse satis  
aperte inculcat pueros teneri ad praeceptum  
confessionis et communionis, statim ac usum  
rationis habuerint. Error autem citationis inde  
manasse videtur, quod ipse Sanctus negat  
usum rationis communiter haberi completo

opinio merito rejicitur communiter, ut  
ait Croix <sup>1</sup>.

*An vero obligentur pueri, qui ante se-  
ptennium pervenerint ad usum rationis?*

— Negant Diana <sup>1</sup>, Sanctius, Burghaber,  
apud Croix <sup>2</sup>, qui probabile putat; quia le-  
ges positivae attendunt tantum ad ea quae  
communiter contingunt. Sed probabilius  
Bosco <sup>3</sup> affirmat teneri. — Vide dicenda  
Lib. III, n. 270 et 1012, v. *Dubium fit*.

Infantes.  
non bapti-  
zati, amen-  
tes.

Ratione  
utentes an-  
te septen-  
nium.

« 4°. Infantibus, non baptizatis et per-  
petuo amentibus liceat dantur carnes  
diebus vetitis, et imponuntur opera ser-  
vilia festis; non tamen ebris, cum legi  
maneant subjecti; uti nec licite irritan-  
tur amentes ad blasphemandum, laeden-  
dum, etc., eo quod talis actio tribueretur  
principaliter agenti, qui alterius opera ute-  
retur quasi instrumento. — Vide Lay-  
mann <sup>3</sup>, Bonacina <sup>4</sup> et Sanchez <sup>5</sup>.

## DUBIUM II.

*An Peregrini teneantur legibus sui domicilii, dum ab eo absunt.*

156. *An peregrinus teneatur ad leges loci ubi est.* — 157. *An teneatur ad leges patriae.* — Deinde ponuntur resolutiones plurium casuum. — 158. *An peregrini possint dispen-  
sari ab episcopo loci in legibus et in votis.*

156. — « Suppono I°. Praeceptum aliud  
esse locale, quod scilicet certo tantum  
in loco, urbe, v. gr. vel parochia obligat;  
aliud universale, seu juris communis,  
quod totam fere Ecclesiam obligat.

« Suppono II°. Peregrinos propriè dici  
eos, qui aliquo veniunt animo non ma-  
nendi, sed tantum subsistendi per ali-  
quot dies, vel ad summum per minorem  
annī partem, ut mercatores, viatores; non  
autem studiosi, neque ancillae, quae ve-  
niunt ad serviendum.

« Respondeo, non obligari. Ita Navar-  
rus, Sanchez, Lessius <sup>6</sup>. — Ratio, quia  
praecepta localia per se et directe re-  
spiciunt territorium, eique sunt affixa;  
atque adeo non obligant nisi existentes  
intra illud. Lex enim ita fertur; v. gr.

<sup>1</sup> Lib. 3, part. 1, n. 615. — *Joan. Sanct.*, disp. 51,  
n. 31, i. f. — <sup>2</sup> Burghab., Centur. 2, cas. 24. — <sup>3</sup> Lib. 1, n. 676.  
— <sup>4</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 8. — <sup>5</sup> Disp. 1, de Legib.,  
qu. 1, punct. 6, n. 3, 5 et 6. — <sup>6</sup> Decal., lib. 1, cap. 12,  
n. 9, 14 et 16. — *Navar.*, Man., cap. 18, n. 5, vers. *Inter-  
fuit* 3. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 12, n. 26. — <sup>7</sup> Lib. 4,  
cap. 2, dub. 8. — <sup>8</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 11, n. 5. — <sup>9</sup> Disp. 1,

Requisita  
ad domi-  
cium.

septennio, sed aliquos assignare decimum an-  
num cum dimidio in masculo; et undecimum  
et dimidium « et ultra aliquantulum » in fe-  
minis.

<sup>10</sup> Diana, part. 10, tr. 12, resol. 37, hanc  
sententiam « esse satis probabilem » asserit;  
sed, ut ipse S. Alphonsus, fatetur contraria  
« esse probabiliorem et securiorem ». Quod  
non advertit Croix.

<sup>11</sup> Bosco, de Sacram. Poenit., disp. 7,

sect. 6, n. 40 et seqq., affirmat quidem ad con-  
fessionem teneri; an vero ad ceteras leges etiam  
teneantur, non decernit; imo propendere vi-  
detur in sententiam negativam; affert enim  
Sancti opinionem, scil. pueros, si ante septen-  
nium ad rationis usum pervenerint, ad nullas  
ecclesiasticas leges teneri; de quo Bosco, n. 40,  
dicit tantum: « Sed hoc ego non facile admis-  
ero in lege ecclesiastica singulis annis con-  
fitendi ».

aedificaverit, ut habetur in bulla *Speculatorum* (relata *Lib. VI*, n. 770, *ad n. 5*); vel qui saltem expressis verbis (ut addunt *Salmant.*<sup>1)</sup>) voluntatem ibi perpetuo manendi expresse significaverit.

Ille autem acquirit *quasi-domicilium*, qui manet in aliquo loco per majorem anni partem, ut dicunt *Silvester*<sup>2</sup> et *Sanchez*<sup>3</sup>; vel qui ibi moratur per aliquod notabile tempus cum animo ibi manendi majori parte anni<sup>a)</sup>, ut recte ajunt *Roncaglia*<sup>4</sup>, *Laymann*<sup>b)</sup> cum *Navarro*<sup>b)</sup>, et *Benedictus XIV*<sup>b)</sup>, utque eruitur ex jure civili<sup>b)</sup>.

— His positis:

Dubitatur 1<sup>o</sup>. *An, ut quis teneatur legibus loci ubi est, requiratur ut ibi verum domicilium contraxerit?*

Affirmant *Glossa*<sup>5</sup>, et alii apud *Sanchez*<sup>6</sup>; quia advena (ut ajunt) donec non acquirat verum domicilium, saltem per annum ibi perpetuo manendi, non fit

<sup>1</sup> Tr. 8, de *Ordine*, cap. 4, n. 49. — <sup>2</sup> V. *Domicilium*, n. 2. — <sup>3</sup> De *Matrim.*, lib. 3, disp. 18, n. 9. — <sup>4</sup> Tr. 3, de *Legib.*, qu. 3, cap. 1, quær. 3, resp. 1. — <sup>5</sup> In can. *Quae contra mores*, dist. 8, v. *Aut peregrini*. — <sup>6</sup> De *Matrim.*, lib. 3, disp. 18, n. 8. — <sup>7</sup> De *Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 7 et seq. — <sup>8</sup> De *Legib.*, disp. 14, sect. 4, n. 40 et 49. — <sup>9</sup> Lib. 4, qu. 16, art. 3, n. 2. — <sup>10</sup> De *Matrim.*, lib. 3, disp. 18, n. 9. — <sup>11</sup> Tr. 11, de *Legib.*, cap. 3, n. 55. — <sup>12</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 1. — <sup>13</sup> De *Matrim.*, lib. 3, disp. 18, num. 9. — <sup>14</sup> *Silvest.*, v. *Jejunium*, n. 7, quaer. 2. — <sup>15</sup> *Paludan.*, in 4, dist. 15, qu. 4, art. 3, concl. 1 (n. 24). — <sup>16</sup> *Rosella*, v. *Jejunium*, n. 16. — <sup>17</sup> De *Matrim.*, lib. 5, cap. 7, n. 6. — <sup>18</sup> De *Legib.*, lib. 3, cap. 33, n. 3; de *Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 7 et seq. — <sup>19</sup> De *Legib.*, disp. 14, sect. 4, n. 40 et 49. — <sup>20</sup> Lib. 4, qu. 16, art. 3, n. 2. — <sup>21</sup> Covarr., *Variar.* lib. 4, cap. 20, n. 8, v. f. — <sup>22</sup> *Gordon*, lib. 2, qu. 9, n. 56. — <sup>23</sup> Tr. 11, de *Legib.*, cap. 3, n. 56.

156. — <sup>a)</sup> Hic notandum venit decretum quod de hac re tulit S. R. et U. Inquisitio, die 7 Junii 1867, in sua ad episcopos Angliae et Foederatorum Statuum Americanae Instructione: « Ad constituendum quasi-domicilium, duo simul requiruntur: habitatio nempe in eo loco ubi matrimonium contrahitur, atque animus ibidem permanendi per majorem anni partem. Quapropter si legitime constet vel ambos, vel alterutrum ex sponsis animum habere permanendi per majorem anni partem, ex eo primum die quo duo haec simul concurrunt, nimirum et *hujusmodi animus et actualis habitatio*, judicandum est quasi-domicilium acquisitum fuisse ». — Quae tamen temperanda sunt declaratione ejusdem S. R. et U. I., 9 Novembris 1898, scilicet: « Se conserentes in civitatem N. ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia *per sex menses*, censendos ibidem habere quasi-domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per majorem anni partem ».

<sup>b)</sup> Auctores isti: *Laymann*, lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 1; *Navarrus*, de *Jubil.*, notab. 32, n. 43, v. f.; *Bened. XIV*, Notif. 33, n. 6 et 11, non requirunt propositum permanendi alicubi

subditus illius loci. — Sed communis sententia tenenda docet, sufficere quod is contraxerit ibi quasi-domicilium: ita *Suarez*<sup>7</sup> (qui oppositam putat non esse practice probabilem), *Sanchez*<sup>8</sup>, *Salmant.*<sup>9</sup>, et *Laymann*<sup>10</sup> cum S. Antonino<sup>c)</sup>, *Paludano*<sup>c)</sup>, *Silvestro*<sup>c)</sup>, *Rosella*<sup>c)</sup>, etc. *Ratio*, quia tales peregrini jam subjiciuntur jurisdictioni superiorum illius loci: ergo etiam legibus tenentur; et tenentur a prima die, qua illuc pervenient animo habitandi per majorem anni partem, ut recte notat *Sanchez*<sup>11</sup> cum *Silvestro*, *Paludano*, *Rosella*, etc.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An, si quis in aliquo loco ad breve tempus moretur, teneatur leges illius servare?*

Prima sententia affirmat: et hanc teneat Pontius<sup>12</sup>, *Suarez*<sup>13</sup>, *Salas*<sup>14</sup>, *Tapia*<sup>15</sup>, et *Covarruvias*, *Gordon*, *Henriquez*<sup>d)</sup>, etc. apud *Salmant.*<sup>16</sup>, et alii plures apud San-

Quasi-domi-  
ciliū satis.

Brevi com-  
morantes  
probabiliter  
tenentur.

chez<sup>1</sup>, qui vocat valde probabilem, sicut etiam putant *Salmant.*<sup>2</sup>. — Probant 1<sup>o</sup> ex jure canonico<sup>3</sup>, ubi refertur illud celebre D. Ambrosii: *Cum Romam venio, jejunio sabbato; cum Mediolani sum, non jejunio. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam veneris, ejus morem serva; si cuicunque non vis esse scandalum, nec quemquam tibi.* — Probant 2<sup>o</sup> ratione. Tum quia, qui sentit commodum, debet sentire et incommodum; sicut enim talis advena deobligatur legibus patriae a qua abest; ita aequum est, eum obligari legibus loci ubi moratur; et hoc modo advena vere fit subditus superioris loci, quamvis brevi ibi sit. Tum quia expedit ad pacem publicam servandam et ad scandalum vitandum, ut omnes servent leges loci ubi reperiuntur; uti colligitur ex relata doctrina D. Ambrosii. Et saltem ratione dicti scandali vitandi, ut ait *Suarez*, episcopus loci jurisdictionem habet in peregrinos; eadem enim jurisdictione, quae ipsi competit super oves suas, ut eas bene regere possit, competit etiam super advenas, ne scandalum ovibus praebant, leges loci non servando. — Plures alias rationes pro hac sententia adducit *Suarez*.

Fatentur tamen auctores citati, non satis esse solum transitum, ad hanc oblationem contrahendam. Etenim (apud

*Sanchez*<sup>4</sup>) Emmanuel Sa dicit teneri peregrinum, si maneat illa die qua pervenit; *Leonardus*, si integra die; *Sayrus*, si illuc accedat multo spatio ante prandium, et tota die ibi quiescat. — Sed melius videatur distinguere *Suarez*<sup>e)</sup>, dicens, quod si quis venit ad locum destinatum ut terminum viae, tenetur ejus legibus, licet parum ibi adsit. Secus, si ibi sit in via, sive per transitum ad alium locum; tunc enim, si praeceptum est affirmativum, puta audiendi sacram, non tenetur: quia tale praeceptum obligat existentes, quales non sunt itinerantes; tenetur vero, si praeceptum sit negativum, nempe abstinendi a carnibus vel ab opere servili, etiamsi ibi moretur ad horam: quia praeceptum negativum, cum obliget pro semper, habet tractum successivum per totum diem.

Haec sententia est satis probabilis. — Sed probabilior videtur secunda, quae dicit, advenam non teneri legibus loci ubi non moratur, nec intendit morari per majorem anni partem. Hanc tenent *Sanchez*<sup>5</sup> cum pluribus aliis, *Bonacina*<sup>f)</sup>, *S. Antoninus*<sup>g)</sup>, *Azor*<sup>g)</sup>, *Toletus*<sup>g)</sup>, *Laymann*<sup>g)</sup> cum *Silvestro*<sup>g)</sup>, *Angles*<sup>g)</sup> et *Medina*<sup>g)</sup>; item *Sayrus*<sup>g)</sup>, *Diana*, *Granado*, et alii apud *Salmant.*<sup>6</sup>, qui hanc non minus probabilem vocant. — *Ratio*, tum quia leges non obligant nisi subditos, quales non sunt peregrini:

<sup>1</sup> De *Matrim.*, lib. 3, disp. 18, n. 4; *Decal.*, lib. 1, cap. 12, n. 37. — <sup>2</sup> Tr. 11, de *Legib.*, cap. 3, n. 58. — <sup>3</sup> Can. *Illa autem* 11, dist. 12. (Cfr. ap. *Migne*, *Patrol. lat.*, tom. 33, Epist. S. Augustini 54 (*al. 118*), ad *Januar.*, n. 3. — <sup>4</sup> *Suar.*, de *Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 11 et seq. — <sup>5</sup> *Suar.*, loc. cit. — <sup>6</sup> *Decal.*, lib. 1, cap. 12, n. 37. — <sup>7</sup> *Emman.*, *Sa*, v. *Jeju-*

Probabi-  
lius requiri-  
tur quasi-  
domicilium.

*lib. 7, cap. 13, n. 8, lit. n; lib. 9, cap. 25, n. 2, lit. r et s.*

<sup>8</sup> *Suar.*, de *Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 8, priorem distinctionis partem revera tenet; de altera vero parte, sic n. 24, loquitur: « Si obligatio sit praecepti negativi, haec semper urget pro rata temporis, quo durat praesentia in tali loco, quia praeceptum aequali proportione obligat pro toto tempore et pro qualibet parte ejus. Si vero obligatio sit praecepti affirmativi, necesse est ut quis sit in loco saltem pro toto illo tempore, quod ad impletum actum praeceptum per se conceditur, quia alias praeceptum non obligat talem personam ».

<sup>9</sup> *Bonacina* utique tenet hanc opinionem, disp. 1, de *Legib.*, qu. 1, punct. 6, n. 36 et 48, sed n. 36 hanc conditionem (sicut et ipse

*Sanchez*) apponit: « Modo eaedem leges non adiunt in loco sui domicilii ».

<sup>10</sup> *S. Antoninus*, part. 2, tit. 6, cap. 2, § 2; *Azor*, part. 1, lib. 5, cap. 11, qu. 3; *Toletus*, lib. 6, cap. 5, i. f.; *Laymann*, loc. cit., n. 4; *Silvester*, v. *Jejunium*, n. 7, qu. 2; *Angles*, *Flor.*, de *Jejunio*, qu. 4, diff. 2, concl. 1, append. 1; *Joannes Medina*, *Cod. de Jejunio*, qu. 10, n. 1; et *Bartholomaeus Medina* (uterque enim citatur a *Laymann*), in 1am 2ae, qu. 96, art. 5, vers. *Dubitatur praeterea*; *Sayrus*, *Clav. reg.*, lib. 3, cap. 4, n. 15, cum hac secunda sententia in eo conveniunt, quod negligunt satis esse merum transitum, et requirunt commorationem, intentione saltem, in aliquo loco, ut advenae teneantur legibus illius loci; non tamen requirunt ut quis commoretur ibidem per majorem anni partem.

cum ipsi, ob brevem illam moram minime subjiciantur jurisdictioni superioris loci, ut habetur ex jure civili<sup>1</sup>; tum quia non dicitur moraliter commorari in aliquo loco, qui ibi non manet, nec animum manendi habet per majorem partem anni. — Ad textum autem D. Ambrosii responderet 1<sup>o</sup> illum procedere tantum, ubi vietandum est scandalum. Respondeatur 2<sup>o</sup>. S. Doctorem loqui ibi de lege communis servandi jejunii, quod Mediolani non servatur in primis quatuor diebus quadragesimae. Sed lex communis utique servanda est a peregrinis, quando absunt a patria, ubi lex illa non servatur; ut ex communi sententia docent Suarez<sup>2</sup>, et Laymann<sup>3</sup> cum Medina et Henriquez. Quamvis tamen Laymann<sup>4</sup> improbat oppositam Sanchezii, qui ait, cives mox in patriam reddituros, per fictionem juris pro praesentibus haberi<sup>5</sup>.

Limitatur vero haec secunda sententia: 1<sup>o</sup> in legibus de jure communis, vel circa solemnitates contractuum, aut circa commoda ipsius loci, v. gr. de non extrahendo triticum, arma, etc. — 2<sup>o</sup>. Limitatur, si eaedem leges vigeant in patria peregrini; licet Sanchez cum Diana<sup>6</sup> contradicat. — 3<sup>o</sup>. Limitatur, si peregrinus ibi delinquat contra jus commune; tunc enim

<sup>1</sup> L. Haeres absens, § Proinde, ff. de judiciis. — <sup>2</sup> De Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 27. — <sup>3</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 3. — Barthol. Medina, in 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 96, art. 5, vers. Dubitator praeterea. — Henrig., lib. 7, de Indulg., cap. 18, n. 8. Cfr. lib. 9, cap. 25, n. 2, ltt. s, in comment. — <sup>4</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 3, i. f. — <sup>5</sup> Cap. Licet 20, de foro competent. — <sup>6</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 8, n. 59 et 60. — <sup>7</sup> Decal., lib. 1, cap. 12, n. 21, 23, 36, 38, 39. — <sup>8</sup> Cap. Ut animalium 2, de constitut., in 6<sup>o</sup>. — <sup>9</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 8, n. 62. — Palaus, tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 5, n. 1. — Less., lib. 4, cap. 2, dub. 8. — <sup>10</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 8, n. 62. — Palaus, loc. cit., punct. 24, § 5, n. 4. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 64. — Sanchez., de Matr., lib. 8, disp. 18, n. 29; Decal., lib. 1, cap. 12, n. 35. — Palaus, tr. 3, disp. 1,

fit subditus ratione delicti<sup>5</sup>. Vide<sup>7</sup> Salmant.<sup>6</sup> et Sanchez<sup>7</sup>.

157. — Non tenentur autem absentes ad leges patriae, ut communissimum est ex jure canonico<sup>8</sup>: etiamsi lex sit de jure communis, quando peregrinus est in loco ubi illa abrogata est. Salmant.<sup>9</sup> cum Palao, Lessio, etc. — Et hoc, etiamsi discederet a patria ad eximendum se a lege. Salmant.<sup>10</sup> cum Palao, Bonacina, Sanchez, etc. (Hinc docet Palaus cum Basilio<sup>11</sup>) posse peregrinum, qui nolit confiteri peccata reservata proprio parocho, alio discedere, ut ab alio absolvatur; quia tunc utitur jure suo. Sed de hoc vide dicenda de Poenit., Lib. VI, n. 589). — Et hoc etiam valet, si ille maneat in sua patria, sed in loco exempto; ut tenent Salmant.<sup>11</sup> cum Laymann, Bonacina, Palao, Salas, Diana, Tapia.

An vero pro locis exemptis intelligantur etiam conventus regularium? — Ne gant Suarez, Coninck, apud Salmant.<sup>12</sup>; sed dicunt, intelligi tantum oppida et ecclesias intra dioecesim, alienae tamen jurisdictioni subjectas. Sed affirmant Salmant.<sup>13</sup> cum Avila, Henriquez, Sayro, Candido et Diana. Et id confirmant<sup>14</sup>: quia tam loca, quam personas Tridentinum exemptas appellat<sup>15</sup>. Et valde probable

punct. 24, § 5, n. 4, i. f. — <sup>11</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 64. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 11, n. 5. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, num. 65. — Palaus, tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 5, n. 29. — Salas, de Legib., disp. 14, sect. 5, n. 85. — Diana, part. 1, tr. 10, resol. 14, v. f. — Tapia, lib. 4, qu. 16, art. 2, n. 2. — Suar., de Censur., disp. 5, sect. 4, n. 6. — Coninck, disp. 13, de Censur., n. 68. — <sup>12</sup> Tr. 10, de Censur., cap. 1, n. 113. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 14. — Avila, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 5. — Henrig., lib. 13, cap. 26, n. 2. — Sayr., de Censur., lib. 1, cap. 6, n. 40. — Candid., disquisit. 22, art. 26, dub. 3. Dico 4<sup>o</sup>. — Diana, part. 5, tract. 9, resol. 37, v. f. — <sup>14</sup> Tract. 11, de Legib., capit. 3, num. 64, i. f. — <sup>15</sup> Sess. 14, de Reform., cap. 5, in fine.

<sup>6</sup>) Eam Sanchezii sententiam, de Matr., lib. 3, disp. 18, n. 7, quam Laymann non omnino improbatum putat, ipse Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 12, n. 39, rejicit, et affirmat sibi « prorsus » placere contraria, scilicet: legem communem a peregrinis observandam esse, quando absunt a patria, ubi lex illa non servatur. In quo consentit cum S. Alphonso.

<sup>7</sup>) Diana, part. 1, tr. 9, resol. 18, vocat probabilem sententiam Joannis Sanchez; unde ipse Sanchez, Select., disp. 54, n. 31, scripsit:

« Favet nostrae sententiae Diana ». Sed Diana ipse tenet limitationem quam S. Alphonsus hic inducit.

<sup>8</sup>) Salmant., loc. cit.; et Sanchez, n. 23, excipiunt etiam vagos, quos affirmant teneri legibus loci in quo degunt.

<sup>9</sup>) Basilius Pontius, de Matr., lib. 5, cap. 9, n. 6, non de casibus reservatis in specie, sed de confessione in universum loquitur: « Etiam si quis animo solum confidendi illi parocho [alieno] eo accedit, et a sua domicili parochia discedat, illi... licet alteri con-

Absentes  
non tenen-  
tur legibus  
patriac.

Consecta-  
ria.

Nec com-  
morantes in  
loco exem-  
pto.

Monaste-  
ria sunt e-  
xempta.

est. Vide etiam Lib. VII, de Censuris, n. 24.

Ex quibus resolves hos casus:

« 1<sup>o</sup>. Si episcopus sub poena excommunicationis vetet lusum aleae; non obligantur clerici ludentes in loco exempto a jurisdictione episcopi. Bonacina<sup>b)</sup>, Laymann<sup>1</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Si quis die jejunii aut festo sit in loco alio, non sui territorii, aut exempto, ubi tunc non est jejunium, aut festum; potest ibi comedere, exercere servilia. Laymann<sup>c)</sup>, Bonacina.

« 3<sup>o</sup>. Id etiam habet locum in praeeceptis juris communis, si in loco isto sint usus abrogata, vel non recepta, vel habeatur privilegium. Quare potes, v. gr. Mediolani, primis quatuor diebus quadragesimae vesci carnibus, cum id ibi liceat.

« — Item in Belgio, sabbatis intra Nativitatem et Purificationem, vesci carnis. — Item in loco ubi Tridentinum non est receptum, valide (etsi non licite) inire matrimonium clandestinum. — Suarez, Sanchez<sup>2</sup>, Lessius.

« 4<sup>o</sup>. Potest quis, discedens mane ex oppido ubi non est jejunium, vesci carnis; etsi meridie redditurus sit domum, ubi est jejunium. Nec tunc, ubi domum venerit, tenebitur ad servandum jeju-

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 11, n. 5. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 61, 62 et 65. — Suar., de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 29. — <sup>2</sup> Decal., lib. 1, cap. 12, n. 28 et 30. — Less., lib. 4, cap. 2, n. 59. — <sup>3</sup> Decal., lib. 1, cap. 12, n. 33. —

fiteri, dum extra suam parochiam est ». Et Palaus loquitur de eo qui vel propter causas reservatas, « vel alia causa » intendit alii confessario confiteri. Sed S. Alphonsus limitat hanc opinionem, lib. 6, n. 589, quo remittit lectorem.

<sup>b)</sup> Bonacina, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, exemplum istud non afferit, quidquid dicat Busenbaum.

<sup>c)</sup> Laymann, lib. 1, tr. 4, cap. 11, n. 7, loquitur de eo qui mane discessurus est a loco ubi jejunium non servatur, ad redeundum eodem die in patriam, ubi servatur; item de eo qui noctu pervenit ad locum ubi non jejunatur; item de eo qui pervenit ad locum ubi festum non adest, licet in patria sit festum; et hos excusat a lege jejunii vel servandi festum quaedam opinio, quam Laymann negat esse omnino improbabilem; sed ipse: « Ego vero, inquit, existimo in hoc casu habendam esse rationem temporis potioris, ut

nium ista die, cum illud jam violaverit, ideoque servare non possit. Tenebitur tamen domi ad abstinentiam a carnibus; cum illa adhuc possit ibi servari, eo quod sit dividua. — Vide Sanchez<sup>3</sup>, Lessius<sup>4</sup>.

« 5<sup>o</sup>. Si quis abiturus est loco ubi est jejunium, sciatque certo per venturum vesperi ad locum ubi non sit jejunium; tunc, etsi non possit ibi vesci carnibus, unde abit (cum ista abstinentia sit divisa), potest tamen ibi mane jentare et meridie prandere; ut contra quosdam docent Lessius et Sanchez, supra ». — [Et probabile putant Salmant.<sup>5</sup> cum Suarez<sup>d)</sup>].

« 6<sup>o</sup>. Probabile etiam est, et in conscientia securum, quod docet Sanchez<sup>6</sup>, contra Navarrum et Suarez<sup>e)</sup>, peregrinos, antequam excedant proprio territorio, non teneri implere praeecepta quae eos ibi deprehendunt, v. gr. non teneri eum mane audire sacrum die festo, qui ante prandium venturus sit alio, ubi non sit festum; quia, si mansisset in loco ubi praeeceptum obligabat, poterat differre ad id tempus; quando autem pervenit ad alium locum, desinit obligari. Nec obstat, quod, praevidebat impedimentum, teneatur praevenire; quia id tunc tantum verum est, quando, manente vi praee-

<sup>4</sup> Lib. 4, cap. 2, n. 57. — Less., loc. cit., n. 58. — Sanchez, loc. cit., n. 34. — <sup>5</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 70. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 3, disp. 18, n. 21; Decal., lib. 1, cap. 12, n. 32. — Navarr., Man., cap. 13, n. 5, i. f.

secundum illud incola, existens in suo loco ubi jejunatur, vel in alio ubi non jejunatur, et ipse obligatus vel liberatus censeatur: quandoquidem in moralibus receptum est, ut quod major ac potius est, trahat ad se id quod minus est ».

<sup>d)</sup> Quidquid dicant Salmant., n. 68, Suarez de hoc casu non loquitur, lib. 3, cap. 32, n. 3.

<sup>e)</sup> Suarez vult quidem, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 15, n. 10, peregrinos, antequam exeant e proprio territorio, teneri v. g. audire sacrum, sed hanc sententiam ita limitat, n. 11: « Ut locum habeat, quando potest quis in eo casu, hora matutina missam audire, priusquam in aliud oppidum ad laborandum illo die discedat... At vero, si toto illo tempore missa ibi non diceretur, quam posset homo audire, exspectandum illi esset ibi usque ad meridiem pro missa audienda; at durum videtur hanc obligationem imponere ».

Non tene-  
ri ante exi-  
tum e loco.

« cepti, quis est impediendus: hic autem « ab obligatione praeepti absolvitur ». [Ita etiam Salmant.<sup>1</sup> cum Palao, Tapia, Salas, etc. Secus tamen esset, si ibi unum illud sacrum diceretur: quia teneretur audire, antequam discederet; non tenetur autem exspectare. Salmant.<sup>2</sup>]. — « Contra tamen sententia, tanquam magis pia, suaderi potest, nisi quid obstat. » Sanchez<sup>3</sup>.

158. - Hic magna quaestio occurrit disceptanda:

*An peregrini possint dispensari ab episcopo loci ubi sunt, tam in legibus communibus (puta, jejunii vel abstinentiae ab opere servili) quam in votis et juramentis?* — Adsunt quatuor sententiae.

*Prima*, quam tenent Pontius<sup>4</sup>, Joseph de Januario<sup>5</sup>, et cui adhaeret Tanner<sup>6</sup> apud Croix<sup>7</sup>, probabilemque merito putat Palaus<sup>8</sup>, affirmat universe, tam pro legibus, quam pro votis. — *Ratio*, quia peregrinus per illum accessum, quamvis unius diei, fit vere subditus superioris loci ubi reperitur; ut dicunt Suarez, Sa-

<sup>1</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 67. — *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 5, n. 8. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 16, art. 2, n. 4. — *Salas*, de Legib., disp. 14, sect. 5, n. 66. — <sup>2</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 66. — <sup>3</sup> *Decal.*, lib. 1, cap. 12, n. 32. — <sup>4</sup> *De Matrim.*, lib. 8, cap. 4, n. 7. — <sup>5</sup> *Resol.* mor., part. 1, resol. 64, n. 12. — <sup>6</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 5. — *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 10 et seqq. — *Pont.*, de Matrim., lib. 5, cap. 7, n. 15 et 16. — <sup>7</sup> Tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 3, n. 12. — *Silvest.*, v. *Domicilium*, n. 2. — *Abbas*, in cap. *Nullus episcopus*, n. 4, de paroch. — *Tabien.*,

las<sup>9</sup>, ac Pontius cum Palao<sup>10</sup>. (Vide dicta n. 156, *Dubit.* 2, et dicenda *Lib. III*, n. 332, v. *An autem*). — Quamobrem, sicut peregrinus tenetur ad leges loci illius; ita aequum est ut gaudeat etiam privilegiis.

*Secunda* sententia prorsus opposita, quam tenent Silvester, Abbas, Tabiena, Angelus apud Palaum<sup>11</sup>, item Paludanus, Medina, Ledesma, Hostiensis<sup>12</sup> apud Suarez<sup>13</sup>, dicit quod peregrinus, quoadusque acquirat alicubi verum domicilium (id est per animum perpetuo ibi manendi), nunquam subditus est censendus; et ideo nec tenetur ad leges loci, nec potest dispensari in legibus communibus, neque in votis aut juramentis ab illius episcopo<sup>14</sup>. — Ad confirmationem hujus sententiae, Farinaccius et Garcia apud Palaum<sup>15</sup>, afferunt quamdam declaracionem S. C. Concilii, approbatam a Gregorio XIII, ubi dictum fuit, posse peregrinum recipere beneficium absolutionis a peccatis in loco ubi est; sed non posse dispensari ab episcopo illius<sup>16</sup>. Sed Maz-

<sup>9</sup> *Domicilium*, v. f. — *Angel.*, v. *Domicilium*, v. f. — <sup>10</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 4. — *Palau.*, in 4, dist. 15, qu. 4, art. 3, concl. 1 (n. 24). — *Joan Medina*, Cod. de Jejunio, qu. 10, n. 1. — *Martin. Ledesm.*, 2<sup>a</sup> 4<sup>ta</sup>, qu. 17, artic. 3, vers. *Tertio dico*. — <sup>11</sup> De Relig., tract. 2, lib. 2, capit. 14, num. 2. — *Farinac.*, Decision. var. Rotae Rom. cum *Declarat.* Concil. Trident., part. 4, *Declar.* Trident. ad Sess. 24 de Reform., capit. 6. — *Garcia*, de Benef., part. 11, capit. 10, num. 139. — <sup>12</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 7.

Alii requiriunt domicilium.

rioris loci in quo sunt; ergo, cum haec sit objectio, videtur ipse contra tenere forenses esse vere subditos superioris illius.

*c)* Auctores quos ex Palao S. Alphonsus allegat, patrocinantur solum posteriori parti hujus sententiae, quod scilicet episcopus aliquius loci dispensare a votis non possit, eos qui illuc verum domicilium non habent; quamvis Palaus eosdem allegat pro dispensatione tum a legibus tum a votis. — Ceteri vero ex Suarez citati, alteram partem tenent, nempe alienigenas legibus loci ubi degunt non astringi, nisi animum habeant perpetuo ibi commorandi. Hostiensis tamen, quem Suarez ex Archidiono citat, videtur potius contrarium tenere in *Sum.*, tit. *de observ. jejunior.* n. 5; saltem non perspicue mentem suam explicat.

*d)* Et haec quidem resolutio apud Pallottini habetur, v. *Episcopus*, § 14, n. 51; « Imo episcopus (ita ibi) potest absolvere in sacramento l'ocnitentiae exteros commorantes in sua diocesi, sed non dispensare in casibus

Alii distinguunt legem a votis.

zotta<sup>17</sup> dicit hanc declarationem non constare authentice; saltem, ut infra videbimus in quarta sententia, communiter illa non fuit recepta. Tanto magis, quia Henriquez<sup>18</sup> affert aliam diversam declaracionem S. Pii V, ubi Pontifex declaravit episcopum loci bene posse dispensare in votis scholasticorum, Salmanticae commorantium. — Hanc secundam sententiam etiam putat probabilem Palaus<sup>19</sup>. Attamen Suarez<sup>20</sup> improbabilem eam putat, quoad eximendum peregrinum a servandis legibus loci, si ibi maneatur majori parte anni.

*Tertia* sententia, quam tenent Palaus<sup>21</sup> cum Navarro<sup>22</sup> et Menochio<sup>23</sup>, qui plures alios refert, censem, peregrinum adhuc transeuntem bene posse dispensari ab ordinario loci, in legibus etiam communibus: quia ipse, quoad leges, bene subditur jurisdictioni illius superioris; non autem quoad vota et juramenta: quia haec jurisdiction pendet a consuetudine et a conniventia episcoporum, quae non habentur pro hujusmodi dispensationibus, prout alias habentur pro absolutione peccatorum et censurarum eis annexarum.

<sup>17</sup> Lib. 14, cap. 18, n. 2, lit. r. — <sup>18</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 5. — <sup>19</sup> De Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 2, v. f. — <sup>20</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 5 et 6. — <sup>21</sup> Lib. 6, part. 3, n. 721. — <sup>22</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 55. — <sup>23</sup> De Matrim., lib. 3, disp. 23, n. 12, v. f. et n. 13. — *Angles*, Flor. de Sacram. Poenit., qu. 3, de Confess., art. 8, diff. 4, dub. 1, concl. 10. — *Aragon*, in 2<sup>a</sup> 2<sup>ta</sup>, qu. 88, art. 12, concl. 6. — <sup>24</sup> Lib. 2, cap. 40, n. 121. — <sup>25</sup> Lib. 6, part. 3, n. 721. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 5. — <sup>26</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 55.

*Quarta* sententia, communissima, ut ait Croix<sup>27</sup>, et communiter recepta, ut asservunt Salmant.<sup>28</sup>, cui subscribimus, tenet, posse peregrinum dispensari ab episcopo loci, non solum in legibus, sed etiam in votis et juramentis: modo ibi sit animo permanendi per maiorem anni partem. — *Ratio*, quia ex illa diuturna habitatione contrahitur quasi-domicilium, ut probant Abbas<sup>29</sup> et Innocentius<sup>30</sup>. Quapropter tunc peregrinus dispensatur, non jam ratione consuetudinis et conniventiae sui proprii superioris, sed ex propria auctoritate ordinarii loci, cui peregrinus per illud quasi-domicilium tunc vere subditur. Ita Sanchez<sup>31</sup> cum Henriquez<sup>32</sup> Angles, Aragon, etc., Lessius<sup>33</sup>, Croix<sup>34</sup> cum Laymann, Salmant.<sup>35</sup>, Sporer<sup>36</sup> cum Suarez<sup>37</sup> et Manuele apud Palaum<sup>38</sup>.

Et idem sentit Sanchez<sup>39</sup> cum Henriquez et Manuele, quoad dispensationem facultatum concessarum episcopis a Tridentino, in cap. *Liceat*<sup>40</sup>. — Atque idem, quoad conferenda omnia sacramenta, praeter Ordinem, ut dicunt etiam Croix cum Laymann, et Salmant.<sup>41</sup> — Circa vero Matrimonium, vide *Lib. VI*, n. 1091.

<sup>27</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 5. — <sup>28</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 55. — *Manuel Rodríg.*, Summ., part. 1, cap. 55, n. 6, concl. 2, i. f. — <sup>29</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 3. — <sup>30</sup> De Matrim., lib. 3, disp. 23, n. 12, v. f. et n. 13. — *Angles*, Flor. de Sacram. Poenit., qu. 3, de Confess., art. 8, diff. 4, dub. 1, concl. 10. — *Aragon*, in 2<sup>a</sup> 2<sup>ta</sup>, qu. 88, art. 12, concl. 6. — <sup>31</sup> Lib. 2, cap. 40, n. 121. — <sup>32</sup> Lib. 6, part. 3, n. 721. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 5. — <sup>33</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 55.

cap. 6, sess. 24, de Reform. contentis». Et n. 52, subdit: « Amplia, etiamsi praefati exteri extra suam dioecesim delictum commiserint. Ita Pontifex Gregorius XIII declaravit in dubio sibi a S. C. proposito». — Altera vero declaratio, huic contraria, quam affert Henriquez, non est generalis declaratio, sed privilegium speciale, episcopo Salmantino concessum, ut ex verbis S. Alphonsi et clarius ex ipso Henriquez colligere licet.

*e)* Mazzotta, tr. 1, disp. 4, qu. 1, cap. 3, quer. 2, aperte significat sibi de hujus declarationis authenticitate non constare, dum scribit: « Sequenda esset, si authenticus constaret de declaratione illa, facta consulto et approbante Greg. XIII».

*f)* Navarrus et Menochius apud Palaum citantur, dumtaxat pro ratione cui haec sententia innititur, scilicet: non reputari alicujus parochium eam, in qua brevi et transeunter ille commoratur. Quod plane habent Navar-

Auctor:  
quasi-domi-  
cium satis  
est ad u-  
trumque.

158. — <sup>a)</sup> Croix, loco citato a S. Alphonso, id est, lib. 6, part. 3, n. 754, adducit Tannerum ex Gobat, quasi faveat sententiae quae affirmat eum, qui tamquam peregrinus aut viator per aliquem locum transit, posse ibi matrimonio copulari a parocho loci. Quod profecto, imo et potiori ratione, favet praesenti quae sit de legum dispensatione ab episcopo loci. Sed Croix non satis accurate allegat Tannerum; loco enim citato a Gobat, ex quo, ut diximus, allegatio desumpta est, scilicet, tom. 4, disp. 8, qu. 3, dub. 6, n. 121, Tanner scribit: « At si qui ex sua parochia ad alienam transeant, ibique coram ejus loci parocho, proprio neglecto, contrahant, matrimonium sine controversia nullum est, si utroque concilium aliquo sit promulgatum ». <sup>b)</sup> Salas id non semel indicat, de Legib., disp. 14, sect. 4, n. 41 et seqq.; quin etiam inter objectiones quae contra suam sententiam moventur, aliqua reperitur, n. 41, quae negat hujusmodi forenses esse subditos super-

rus, Consil. 7, de clandest. sponsat., n. 2; et Menochius, Consil. 398, n. 32 et 33.

<sup>c)</sup> Abbas, in cap. *Quod clerici*, n. 5, de foro compet.; et Innocentius IV, in cap. *Ex parte*, n. 1, de foro compet., dicunt solum acquiri quasi-domicilium ex assidua commoratione in aliquo loco.

<sup>d)</sup> Henriquez, lib. 6, cap. 14, n. 8, non loquitur de votorum dispensatione, quidquid dicat Sanchez.

<sup>e)</sup> Sporer, in *Suppl. Decal.*, cap. 1, n. 254, principium generale dumtaxat habet, in quo fundatur haec sententia: quod nempe aliquis fiat subditus episcopi loci, in quo quasi-domicilium acquirit; et hoc acquiri censetur, si habitare incipiat animo permanendi saltem per maiorem anni partem.

<sup>f)</sup> Suarez, lib. 2, de diebus fest., cap. 14, n. 6 et seq., ne verbum quidem de hac re facit, quidquid dicat Palaus; et lib. 6, de voto, cap. 11, n. 11, videtur contrariae sententiae adhaerere.

## DUBIUM III.

An Peregrini et Vagi teneantur praeceptis locorum in quibus morantur.

Peregrinus  
liber a praec-  
cepto locali.

159. - « Resp. Regulariter non tenentur praeceptis specialibus illorum locorum. » Ita Laymann, Sanchez, Azor, Coninck <sup>a)</sup>, Lessius <sup>b)</sup>, Reginaldus <sup>c)</sup>, Filiuccius <sup>d)</sup>; contra Navarrum, Suarez, Sà, etc. Et « quoad vagos etiam » [ut cum Busenbaum, tenent Lessius <sup>b)</sup>, Laymann, Sayrus, etc. apud Salmant. <sup>1</sup>, qui contradicunt] « contra Bonacinam et Sanchez. — Ratio est, quia non potest dari ulla ratio hujus obligationis, cum illi non sint subditi vel locis vel superioribus, quorum tales leges fuerunt; ideoque sint extra eorum jurisdictionem. — Nec obstat <sup>1</sup> eos nullis partialium locorum statutis, sed solo jure communi teneri; quia id non est absurdum. Nec <sup>2</sup> quod vagi, ob delicta admissa, puniri possint: hoc enim consuetudo recepit, ne scelera maneant impunita ».

Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 4 et 7. - Sanchez., Decal., lib. 1, cap. 12, n. 38; de Matrim., lib. 3, disp. 18, n. 6. - Azor, part. 1, lib. 5, cap. 11, qu. 3. - Navar., Man., cap. 13, n. 5; et cap. 28, n. 120. - Suar., de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14; de Legib., lib. 3, cap. 33, n. 8. - Sà, v. *Jejunium*, n. 1. -

159. - a) Coninck, *de Sacram.*, qu. 74, art. 4, dub. 3, n. 111 et 115, ita quidem teneat, ut probabile, de peregrinis; at n. 116, de vagis disserens, dicit communem esse opinionem, eos teneri legibus illius loci in quo hic et nunc degunt, quia alias nulli legi subessent: « Quod probabile est, inquit, ob DD. auctoritatem. Sed ratio non urget, quia tales communibus saltem ecclesiasticis et civilibus legibus subessent ».

b) Lessius, lib. 4, cap. 2, dub. 7, n. 49, probabile quidem reputat, peregrinos non teneri legibus loci in quo degunt, eamque sententiam intelligi posse ait, « non solum de peregrinis qui alibi fixum domicilium habent, sed etiam de vagis qui nusquam firmam sedem obtinent ». At n. 50, contrarium verius sibi videri dicit, proindeque ejusmodi peregrinos obligari, dummodo ibi non sint, n. 51, per modum simplicis transitus.

c) Reginaldus non satis sibi constat. Etsi enim, lib. 13, n. 171, neget peregrinos ejusmodi legibus teneri; et probare videatur, n. 172, sententiam quae ad easdem obligat vagos; attamen, lib. 19, cap. 2, n. 21, disputans de auditione sacri, vult peregrinum, si aliquo divertat per paucos dies, teneri ad ob-

160. - « Dixi I<sup>o</sup>. *Regulariter*: quia tenentur quibusdam legibus, maxime quantum violatio cederet in damnum et injuriam illius loci, in quo morantur; ut etiam iis, quae sunt de contractibus celebrandis.

« Unde resolves hos casus:  
« 1<sup>o</sup>. Tales non tenentur audire missam, et possunt opera servilia exercere die istic festo. Non tenentur jejunare, nec abstinere a carnibus, quando istic est jejunium, et domi suae non est. — Intellige utrumque, secluso scandalo, propter quod episcopus loci punire possit. Laymann <sup>2</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Peregrinis non licet frumenta evehere, vel vendere supra pretium ibi statutum, noctu arma ferre, etc., si talia ibi prohibita sunt. — Panormitanus <sup>a)</sup>, Reginaldus <sup>b)</sup>, Sanchez <sup>c)</sup>.

Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 7. - Sayr., Clav. reg., lib. 3, cap. 4, n. 15. — <sup>1</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 60, i. f. - Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 54. - Sanchez., Decal., lib. 1, cap. 12, n. 23; de Matrim., lib. 3, disp. 18, n. 15. — <sup>2</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 4 et 5. — <sup>3</sup> Decal., lib. 1, cap. 12, n. 36, i. f.

servandum hujus loci festum, etiamsi per modum transitus ibi adsit, modo tamen tanto tempore manere statuerit, ut commode possit missam audire.

d) Filiuccius, tr. 27, part. 1, n. 116, vult peregrinos teneri ad festa loci ad quem permanenter per aliquod breve tempus » divertunt; si vero transeunter tantum, probabiliter non teneri, n. 119; probabilius autem, n. 120, teneri ad abstinentiam a servilibus, sed non ad audiendum sacram, nisi sint in eo loco toto saltem tempore quod conceditur pro implendo hoc praecetto. Et loc. cit., part. 2, n. 105, idem dicendum esse ait quoad jejunium, quod dixit de festis. Denique loc. cit., part. 1, n. 105, ait « vagos obligari ad festa loci in quo contingit eos morari ». Rationes vero, quas affert Filiuccius ad sua asserta confirmanda, generales sunt, et valent pro quibuscumque legibus.

160. - a) Panormitanus, in cap. *A nobis* 21, de sent. excom., n. 7, in universum dumtaxat scribit quod, si « statutum est aptum comprehendere subditos et non subditos...», tunc etiam non subditi delinquentes in territorio ligantur ».

b) Reginaldus, lib. 13, n. 171, scribit peregrinum teneri legibus et consuetudinibus

Tenetur  
lege com-  
muni.

« Dixi II<sup>o</sup>. *Praeceptis specialibus*: quia si domi tuae consuetudine derogatum sit alicui praecetto juris communis, et alio venias ubi illud viget, eodem obligaberis. Ratio est, quia lex juris communis est universalis, et obligat omnes sine ordine ad locum <sup>c)</sup>. — Laymann <sup>1</sup>.

« Unde resolvitur hic casus: Belga aliquis veniens Coloniam, v. gr. tenetur istic, sabbatis inter Nativitatem Christi et Purificationem, abstinerere a carnibus; quia privilegium ejus comedendi tunc carnes, non est personale, sed locale: ideoque expirat extra locum. — Laymann <sup>d)</sup>.

## DUBIUM IV.

An Peregrini teneantur praeceptis juris communis, si non sunt in usu in loco ubi morantur.

Non tenen-  
tur legi ge-  
nerali ibi  
abrogata.

161. - « Resp. Non teneri. Ratio est, quia tunc valet privilegium locale, quo frui possunt omnes qui in loco morantur. Ita Sanchez <sup>2</sup>, Suarez, Laymann, etc.

« Unde resolvuntur sequentes casus:  
« 1<sup>o</sup>. Si Germanus per Hispaniam transeat, potest sabbatis vesci intestinis animalium. Idem, si per Belgum aut Mediolanum iter habeat, potest inter Nativitatem Christi et Purificationem in Belgio sabbatis, Mediolani vero quatuor primis diebus quadragesimae, carnibus vesici. — Sanchez, Suarez, Bonacina <sup>3</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Si quis ex dioecesi catholica, v. gr. Hildesio, ubi vetus calendarium

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 4, cap. 12, n. 3. — <sup>2</sup> Decal., lib. 1, cap. 12, n. 28. - Suar., de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 29. - Laym., loc. cit., cap. 11, n. 4. - Sanchez., Decal., lib. 1, cap. 12, n. 29 et 30. - Suar., loc. cit. — <sup>3</sup> Disp. 1, de Legib., lib. 1, tr. 4, cap. 11 n. 8. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 8.

loci ratione contractus, adeo ut faciens contractum, teneatur facere secundum consuetudinem et statuta loci in quo tunc versatur; et n. 172, transgrediendo leges loci illius, peccare « ratione damni quod infert tali transgressione ».

c) Huc spectat quod S. O. declaravit de Hispanis, qui bulla Crucifera et indulto quadragesimali gaudent. Proposito enim dubio: « Utrum christifideles bulla Crucifera et in-

dulso quadragesimali gaudentes, et iter extra limites Hispanicae ditionis agentes, carnibus vesici possint diebus vetitis, eodem modo ac si in Hispania degerent, etiamsi cibi esuriales non desint »; Sacra Congregatio Sancti Officii, die 22 Junii 1897, ad quaesitum respondit: *Negative*.

d) Laymann, loc. cit., n. 3, exemplum istud non affert, sed alia huic similia; et dat rationem quam adducit Busenbaum.